



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Vt res ablatae cum multiplicatione restituantur. xxv.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

*Ex codē. cap. 6.* **S**I quis cuiuscunque munuscula Ecclesie sanctis scripturarū titulis collecta, nefaria calliditate abstulerit, fraudauerit, inuasit, retentauerit, atq; surripuerit, & non statim à sacerdote commonitus Deo collata reddiderit, ab Ecclesie catholice communiōne pellatur.

*Ut res ablatæ cum multiplicatione restituantur.*

Caput XXV.

*Ex decr. Eusebij p. ca. 4.* **E**ST etiam in antiquis Ecclesie statutis decretum, ut qui aliena inuadit, non exeat impunitus, sed cum multiplicatione omnia restituat. Vnde & in Euangelio scriptum est, quod si aliquid aliquem defraudauit, reddo quadruplum.

*Quod Ecclesiasticarum rerum incendia & depredationes pro emunitate sint emendanda.*

Cap. XXVI.

*Ex epist. Gregor. papæ ad Constātinam reg. Gallie.* **C**VM deuotissimam dominā sciam de cœlesti vita cogitare, sedulo cogitare, culpam me committere vehementer existimo, si ea quæ pro timore omnipotentis Dei sunt suggerenda siluero, & te sanctissimam de Ecclesiastica pace sedulo non comonuerō. Nimis meliani, fratris & cœpiscopi nostri proclamatio nuper commisit, maximè cum villæ suæ videlicet Ecclesie à nequissimis prædonibus sint depredatæ, atq; nocturnis incendio more furum combustæ: & dum idem maligni iuxta notitiam prædecessoris Bonifacii decreta, pro emunitate illud emendare noluerint, dum & seculi leges hæc eadem ita habere voluerint, lege vulgari teste, in qua sic scribitur: Si quis manu armata vsque ad quatuor homines in vicum alterius malefaciendum venerit, ille, qui prior est illicita præsumptione componat solidos DCCCC. sequaces vero unusquisque solidos LXXX. si verò ibi incendium fecerint, sibi nonam componant, prædam verò in quadruplum restituant. Si seculi leges talem iustitiam habere voluerint, lex diuina quæ inferior esse debet, cum in ipsa veritatis præsentia à Zachæo collaudatum sit, si aliquem defraudaret, vt in quadruplum restitueret. Et quia summum in regibus bonum est iustitiam colere, ac sua cuiusque iura seruare, & in subiectos non sinere quod potestatis est fieri, sed quod æquum est custodi, quod vos & diligere, omnino confidimus studere: quapropter excellentiæ tuæ